

suprà unguës, sint quasi duo calli s. cicatrices aut maculæ duo ovatæ?

Ononis Natrix foliis ternatis, et *Viscosa* foliis simplicibus, crescunt ambæ in horto; tu fortè tertiam habebis, cujus figuram olim vidi in Dodartio *, sed *Dodartiam* non possideo, nisi tua sit, vel *Ononis rotundifolia*, vel *Ononis fruticosa*.

Astragalus Stella et *Astragalus Sesameus*. Ex totâ descriptione tuâ nullam video differentiam.

Psoraleam bituminosam ad Psoraleas retulit primus D. Jussieu; ex facie facilè video, quòd rectè fecerit in genere naturali.

Trifolium tomentosum. Crescit etiam propè Hierosolymam.

Trifolium calyptratum. Non concipio calyptrum, nec quomodò differat à Trifolio capitulis villosis, globosis terminalibus, bractea orbiculata terminalis, *Sauv. Monsp.*, 184; quæso, des in epistolas ramulum ut possim hoc videre.

Conjungis *Lotos siliquâ quadruplici* et —.—.— sed sunt tamen distinctissimæ, et possideo omnes in horto.

* DODART (DENIS), médecin, membre de l'Académie des Sciences, Paris, 1654-1707. — *Statica medicina Gallica*: ou son fils CLAUDE, médecin de Louis XIV, 1664-1730.